ribus, albicantia cum quadam flavedine. Idem maius, maioribusque poris, et hinc inde cortice orbatum, ut cavernulæ internæ appareant cum tubulo vermiculari adhuc illi adhærente. Idem album cortice prorſus orbatum, ut cavernulæ omnimodè appareant. Idem ſeptulis cavernularum teretibus, ac vermiculos quodammodo referentibus: Alcyonium Mileſium Vermicchiara Cæſalpini. Merc. 109.

Sectio XXX.

De Adarce Merc. 112. ſeu Spumâ marinâ circa Carices, ac arundines collectâ, atque petrificatâ.

§. 103.

Adarce Merc. Ibri anguini Imperat. C.B. P. 367. Pila marina piloſa è ſetis arundinis repentis compacta, ſeu Chamæ-calami. C.B.P. Merc. 111. fiun Marr-balla. Adarce.

Caput IX.

Animalia, ſeu Inſecta, vel Eorum Partes petrificata.

Sectio XXXI.

De Animalibus, ſeu Inſectis, vel Eorum Partibus præcipuè oſſibus petrificatis.

§. 104.

Inſecta, Eorúmque partes Petrificata: Caput Vermis marini Pelagiani hucuſque incogniti petrificatum. Lacerta, vel Salamandra petrificata cum Inſecta petrificata.